



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XVII. De sequestrationibus possessionum & fructuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

simulatque Reus ab Actore in jus voca. *Clem. 2.*
tus est, addita & clare expressa caussa, *hoc tit.*
ob quam vocetur.

2. *Non licebit ergo in jus vocato super aliqua
re eam rem alienare?*

Nequaquam : neque per hujusmodi
alienationem possessio aut dominium in
alium transferetur. Imo is qui alienavit, *c. 3. & 4.*
si recuperari ea res non posit, tenetur aliam *hoc tit.*
in ejus locum surrogare.

3. *An neque rei controversa possesio pendente
lite auferri alicui poterit?*

Non poterit, licet quis proferat Prin-
cipis aut S. Pont. rescriptum , quo id ju. *c. 12. vers.*
beatur : quia tale rescriptum non præsu- *quia ta-*
mitur a Principe aut S. Pont. prefectum , *men sup.*
nec Pont. præsumitur alicui suo rescripto *De off. jud.*
jus suum auferre velle sine justa caussa. *ordin. c.*
Hinc etiam rescriptum lite pendente im- *ult. hoc t.*
petratum, litis nulla facta mentione, tan-
quam subreptitium rejicitur.

**De sequestrationibus possessionum
& fructuum.**

T I T. XVII.

Quamvis sequestratio tei , de qua inter
aliquos lis est, ea pendente regulari-
ter prohibita sit, certis tamen casibus

I 5

per-

l. i. C. d. permissum est, rem in judicium
prohib. se- Etam, ejusque fructus apud sequen-
quest. pec. deponi.

1. *Quis dicitur Sequester?*

c. Seque- A Pud quem plures (scilicet Ad-
ster. 110. Reus) eandem rem, de qua in-
De V. S. controversia est, deposuerunt.

2. *Quotuplex est Sequestratio?*

Duplex, alia *Voluntaria*, quæ sive
 utriusque consensu, eaque semper
 missa; alia *Necessaria*, quæ sit per
 cem, idque vel ex officio, dum magis
 giosam mandat sequestrari, simili-
 missa; vel ad petitionem partis altera
 contradicente, quæ regulat
 est prohibita; cum non oporteat
 cium ab executione inchoare, nec po-
 sorem, durante lite, privare com-
 suæ possessionis.

3. *Quibus casibus licita est Sequestratio?*

c. 2. b. t. Primo, si Actor missus in bonis
 possessionem ex primo decreto fru-
 quos ex bonis percepit, distrahat &
c. ult. eod. pet pro arbitrio suo. Secundo, si
Gl. in d. c. Reus possessor condemnatus a sententia
2. in VI. se- contra se lata appellaverit, & fructus
questrari. re possessa dilapidet, Actor recte pe-

pendente appellatione rem & fructus se-
questrari: pluresque casus alibi recensem-
tur.

De Confessis.

TIT. XVIII.

Expeditis iis, quæ incidere in judicium
solent, a Tit. X. *de feriis*, fit transitus
ad ipsam caussam principalem, Actor-
que accingit se ad probandum. Cer-
tissima vero probatio est ipsius Rei
confessio.

1. Qualis est hac confessio?

Quam facere Reus solet, præstito prius
juramento calumniæ, vel de veri-
tate dicenda, ad positiones Actoris ju-
dicio, sub simili juramento propositas, per
verbū *Credo*, vel *Non credo*. Nam si
Reus præfracte & absque causa detrectet
respondere ad positiones Actoris, habe-
tur pro confessio. Ad quas vero respon-
det per verbū *Credo*, eas probandi Actori
non incumbit necessitas.

2. Quid differt confessio per verbū *Credo* ab ea, que fit simpliciter inju- dicio?

Quod illa ad probationem tantum
faciat, & relevet Reum ab onere pro-
ban-